Item tercio contra conclusionem principalem, in qua dixit in qualibet presidencia regitiva requiri consensum subditorum, maxime ecclesiastica, populi scilicet et cleri: videtur, quod illa in magna parte sapiat heresim, quia secundum eam datur occasio laicis, alias multipliciter plus solito clericis infestis, reducendi ecclesias econtra in manus laicorum et eorum ordinacionem; que tamen incontrarium iustis et sanctis respectibus a diversis catholicis principibus et divis imperatoribus libertati sue fuerunt permisse. Et pro probacione allegat canones abrogatos secundum antiqua tempora loquentes, secundum que disposicio et ordinacio ecclesiarum in manibus laicorum licet de facto fuerat vel ipsis saltem ob potenciam heresum tunc invalescencium extitit permissa, ut sic principes laici etc. eo facilius ecclesias ipsas ab incursibus earundem defenderent atque tuerentur. Ad que tempora dictus N. Kusa ecclesiam hiis temporibus alias satis turbatam nisus est suo perverso dogmate reducere et sic laicis pocius quam ecclesiastice libertati complacere. Ex quorum eciam canonum abrogatorum allegacione penam condignam utique mereretur, ut in prohemio Decretalium[7]) et Sexti[8]) et per Glossam in c. 'Novit' de iudiciis super verbo 'Quicumque' cum ibi notatis.[9])

Neque eciam putent v. r. p. ipsum dominum Vlricum virtute dicte sue intrusionis omnium subditorum ecclesie et dyocesis Treuerensis habere favorem, obedienciam et consensum ipsumque dominum Rabanum in premissis totaliter exclusum, quinymmo considerandum obedienciam et favorem a superioribus ipsi Vlrico adherentibus et sua commoda plus quam Christi vel ecclesie prosequentibus in magnam partem subditorum ecclesie Treuerensis utriusque status et sexus hominum fuisse vi aut metu ac aliis modis et comminacionibus formidabilibus inductam pariter et extortam (*am Rand ergänzt:* ipsumque non habere aliam obedienciam in dyocesi Treuerensi quam in dominio temporali ipsius ecclesie et hiis, qui ipsi dominio subsunt) prefatumque dominum Rabanum virtute sue provisionis cum inde secutis a memoratis decano et capitulo ac civibus et tota communitate civitatis Treuerensis ac a nonnullis vasallis, ducibus, comitibus et aliis nobilibus, et presertim a suffraganeis dicte ecclesie Treuerensis, aliis plerisque abbatibus, prioribus, prepositis et clero in civitate et extra in magna parte diocesis ut et tamquam verum et indubitatum archiepiscopum fuisse et esse receptum. Et sic fuit et est verum.

---

1 allegata: alias.

---

1) *S. u.* Nr. 219 *Z. 85–118 mit Anm. 3.*

2) *S. o.* Nr. 206 *Z. 19–21 mit Anm. 8.*

3) *Darüber enthält das Privileg allerdings nichts.*

4) *Vgl. dazu b) Z. 17ff.*

5) *Von den überlieferten Schriftsätzen läßt sich keiner hiermit identifizieren.*

6) *Die Bulle von 1418 XII 22* (Rom, *Arch. Vat., Reg. Lat. 204 f.* 147^{rv}; *Fink, Repertorium Germanicum IV 3074) besagt:* ... tuque electioni ... consenciens eius negocium in consistorio proponi fecisti coram nobis, illam apostolica petens auctoritate confirmari ...; electionem ipsam, eciam ex quacunque causa eiusdem provisio ecclesie ad dictam sedem (apostolicam) pertineat, ... confirmamus.

7) *Friedberg II 3.*

8) *Friedberg II 935.*

9) *Glossa ordinaria des Bernardus Parmensis zu c.13 X de iudiciis II 1.*

1434 März 17, Basel. **Nr. 208**

Konzilsprotokoll. Verhandlung über den Trierer Streit.

Kop.: Paris, *Bibl. Nat., lat. 15623 f.* 205^{v}; Rom, *Bibl. Vat., Regin. 1017 f.* 313^{v}–314^{r} *(zu den Hss. s. o. zu* Nr. 102*).*

Druck: CB III 48f.

Erw.: Vansteenberghe 58; Meuthen, Trierer Schisma 196f.

Generalkongregation. Der vicarius Maguntinus[1]) *berichtet in Gegenwart des Trierer Domdekans und des Domherrn Philipp von Sierck* et nonnullis aliis instantibus *über die zuerst erfolgte Wahl Jakobs von Sierck*[2]) *und die darauffolgende Ulrichs von Manderscheid*[3]), quodque mediantibus certis condicionibus data est administracio in temporalibus ipsi domino Vlrico[4]), excusando eosdem dominos de capitulo. *Danach*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

entgegnet im Namen Rabans Gaspar von Perugia contra dicta domini Nycolai de Cusa in ultima congregacione generali proposita.[5]) *Jakob von Sierck erläutert seine Position. Nach Verlesung von Schreiben Martins V. an Ulrich*, ut sub penis dimitteret liberam possessionem domino Rabano[6]), *und Eugens IV. an den Pfalzgrafen* cum invocacione brachii secularis[7]), *weist Stephan von Novara als Verteidiger Ulrichs und der Trierer Adligen die Ausführungen der gegnerischen Anwälte zurück. Der nach Angabe der Papstschreiben ertränkte* cursor[8]) *sei in der Generalversammlung anwesend; man habe dem Papst also etwas Falsches eingegeben. Der Dekan von (Ober)wesel*[9]) *bittet im eigenen Namen und im Namen des Gemeinen Klerus um Gehör für Einwendungen gegen die vom Konzil letzthin verfügte Zitation.*[10])

---

4 temporalibus: episcopalibus *R* 5 Nycolai de Cusa: N. de Coßa *P.*

---

1) *Gregor Heimburg.*
2) *1430 II 27; s. Meuthen 58ff.*
3) *1430 IX 10; s. o.* Nr. 78.
4) *Vgl. dazu im einzelnen Meuthen 70f.*
5) Nr. 205f.
6) *Entwurf Job Veners zu diesem Schreiben:* Paris, *Bibl. Nat., lat. 1515 f. 234r; Heimpel, Vener Nr. 36.*
7) *Wohl das Schreiben von 1431 V 11; s. o.* Nr. 86 *Anm. 1. Vgl. dazu auch unten Anm. 8.*
8) *Vogel; s. o.* Nr. 136 *mit Anm. 2. Die Ertränkung wird in den zahlreichen Schreiben Eugens IV. von 1431 V 11 angeführt; s. Meuthen 99f. Da sich Stephan offensichtlich auf eines der vorher verlesenen apostolischen Schreiben bezieht, dürfte auch dasjenige Eugens IV. an Pfgf. Ludwig zu diesen Schreiben von 1431 V 11 gehören, in denen entsprechende Hilfe für Raban gefordert wird.*
9) *Helwig von Boppard.*
10) *1433 XII 1; Meuthen, Trierer Schisma 36 Nr. 64 und 65. — Über eine weitere Behandlung der Trierer Sache in der Generalkongregation von 1434 III 19 (CB III 51), in deren Protokoll NvK nicht eigens genannt ist, s. u.* Nr. 209 *Anm. 5.*

zu 1434 März 17, Basel. Nr. 209

Bericht bei Johannes de Segovia, Gesta Synodi Basiliensis. *Verhandlung über den Trierer Streit.*

Reinschrift: E f. 186v; B f. 170rv (zu den Hss. s. o. Nr. 103 *Anm. 1).*
Druck: MC II 624f.
Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 196f.

In der Generalkongregation tadelt der vicarius Maguntinus[1]) *als Vertreter des Trierer Domkapitels, daß die (kurtrierischen) Beamten dem Kapitel, selbst nach Aufforderung noch, die (trierischen) Burgen vorenthielten,* excusantes se electo daturos, sed nec tradere voluerant Iacobo de Sirck. Et quia post factam translacionem a papa canonici intellexerant laicos sibi velle eligere in dominum temporalem laycum unum, ne id fieret, ipsi elegerant dictum Vlricum, quia, cum esset ecclesiasticus, melius eo mediante recuperari poterant bona ecclesie, habuerantque tot rogamina potentum, ut quasi diceretur impressionibus facta. Quapropter, et si non laudarentur quia constantissimi, factum tamen erat cum magna prudencia laudata a multis inter duo elegisse minus malum. Post hunc autem Gaspar translati advocatus respondebat allegatis per N. de Cusa[2]), subditorum consensum intelligi debere, qui esset ex iudicio racionis, non vero affeccioni conformis; quis autem consensus talis esset iudicandus, oportebat obedire et stare iudicio superioris, per quem, cum eidem commissum fuisset regimen eorum, quidquid fieret, intelligebatur intervenire subditorum consensum. Allegabat eciam multiplicate iura communia, reservaciones fieri de iure, translaciones quoque dictamque translacionem legittime factam extitisse, cui non obstabant privilegia per ipsum N. allegata. Inducebat denique invalidam fuisse 2am eleccionem, et materiam de non-translacione imperii ad aliam nacionem fuisse inductam ad ingerendam invidiam inter sacerdocium et regnum, legique fecit duarum copias bullarum Martini pape V. et Eugenii sedentis conformiter attestantes, contra dictum Vlricum tanquam contra iniquissimum penas formidabiles designantes, propterea quod se intruserat et dicte translacioni obedire noluerat.[3]) — *Als Verteidiger Ulrichs widerlegt Stephan von Novara die Behauptung, ein* cursor *sei ertränkt worden*[4])*; er sei anwesend. Jakob von Sierck bestreitet die Beeinflussung seiner Wahl durch Geschenke. Ulrich gelobt nach Ver-*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.